



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

134 Ostracismus est genus relegationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

certio hinc nonam : quia ejus opinio est contra text: in cap. solita, §. præterea , ubi etiam glossa de major. & obed. & reprobata à Rotar in locis supra allegatis , præcipue numer. 92. 93. & 100, & alijs per me supra deductis.

132 Incurrunt † etiam dictæ excommunicationis sententiam , qui predicta abque Romani Pontificis speciali , & expressa licentia imponunt, & diversis etiam , exquisitiisque modis exigunt ; & præmissa facere, vel procurare, aut in eisdem consilium , auxilium, vel favorem præstare non verentur; cujuscunque sint dignitatis, præminentiae , ordinis, conditionis , aut status, etiamsi imperiali , aut regali fulgeant dignitate ; seu Principes , Duces, Comites, Barones & alij Potentatus, quicunque etiam Regnis, Provincijs , civitatibus, & terris quoquomodo præsidentes , & consilia- rii, senatores , aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti ut in eadem Bull. eodem numer. 18 & Sayr. eodem cap. 22. numer. 1. & 2. Hoc enim casu agentes, consulentes, & favorem præstantes pati pena puniuntur, & haec æquiparantur atrocissimis delictis, in quibus consulentes pati pena plectuotur, ut c. felicis, de pena. in 6. clem. si quis studente, eodem tit. & Felyn. in cap. sicut dignum, num. 8. de homicid. consilium autem præstatut rogado, impellendo, instruendo , vel securitatem utilitatem ostendendo Sanct. Antonin. in 3. par. tit. 25. capit. 2. & 3. & Sayr. eodem lib. 3. c. 15. num. 12.

133 Decimonono, eadem excommunicationis sententia fertur contra omnes , & quoscumque magistratus & judices, notarios, scribas, executores , & subexecutores, quomodolibet se interponentes

in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas ecclesiasticas, illas pro- cessando, banniendo , capiendo, seu sententias contra illos proferendo, vel exequendo, sine speciali specifica, & expressa sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, etiam si talia committentes fuerint consiliarij, senatores , præsidentes, cancellarij, vicecancellarij, aut alio quovis nomine nuncupati, ut in eadem Bull. Ca- na Domini num. 19. & Sayr. dict. lib. 3. cap. 23. num. 1. & 2.

134 Antiquitus † civitates , quæ populari statu regebantur ostracismo , qui genus relegationis existebat, in consilio per calcula utebantur; & qui quodam suffragiorum numero damnabantur, ad decennum in Argivam relegabantur; & eos qui excellere videbantur , propter diviti- as, vel amicos, aliamve potentiam, extra civitatem ad dictum tempus tyrannico more relegate solebant; non ad crimi- nis improbitatem castigandam, sed ad potentiæ moderandam , Arist. lib. 3. politic. lect. 12. §. quapropter à civita-tibus, & Plutarc. in vita Aristidius.

135 Hic † ostracismus, mutato nomine, & discolatus dictus , etiam hodie in quadam civitate est usu receptus, quæ diu- turna temporis consuetudine eo abusa est; cum enim non complectatur, nec complecti possit alienos subditos in alienam messem falcam importendo, magi- stratus ejusdem civitatis, penes quanto- tius imperij residet auctoritas, ecclesiasti- cas personas eodem discolatu judicare conatur, eosque suffragijs cribrando, & ventilando factiosos nominat, ac exules etiam publico edicto renunciat, & fuit à me quæsumus , an magistratus ille sen- tientiam